HINCMARUS REMENSIS. BEDA VENERABILIS. WALAFRIDUS STRABO. ISO SANGALLENSIS. BEDA VENERABILIS. HERMANNUS CONTRACTUS. HIERONYMUS

Mitte 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36571
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

uas electionis effectus. atque totius ecclesię magister et predicator egregius.
Et filii zebedei eo quod uerbum dei terribiliter mundo peccanti intonuerunt.
filii tonitrui assumpsere cognomen. Et dominus ac redemptor noster ihesus. eo
quod saluum facturus esset populum a peccatis eorum. Ita ergo beatus Remigius ab eo
quod ecclesiam sibi credendam inter fluctiuagos mundi recturus esset anfra
ctus. remedii cognomen adeo assecutus. Seruorum namque dei proprium est adeo
nominati sciri. unde uni eorum dicitur. Noui te ex nomine. Et beato hieremię
ad predicationem uerbi diuini ituro dicitur: Priusquam te formarem in utero noui
te. et in uentre matris tuę sanctificaui te. Hieremias enim ab idolorum cultu po
puli reuocaturus in uentre sanctificatur. Iohannes populum suo illuminaturus allo
quio. in uentre matris prophetiam suscepit gratiam. et beatus Remigius gentem
francorum a tenebris ignorantię ad lucem perducturus euangelii. eadem di
uina donatus gratia. ut quod perfecturus erat ministerio. cum participibus suis
pari claresceret munere. Et qui ut dictum est ecclesiam dei. speciali autem cura
remorum ciuitatem atque prouinciam. remigio aliarum sanctarum scilicet uerbo et ex
emplo. meritis et orationibus erat dei predestinatione recturus. et perfecto cer
tamine spiritu cęlestia regna petiturus. angelorum utique subuectus auxilio
Remigius est iure dei preceptione uocatus. ·III·

TRADITUS autem a parentibus scolę litteris imbuendus in breui coęuis
suis etiam natu maioribus. doctrina excellentior est effectus. Studebat
quoque teneros annos morum maturitate uincere. et beniuolentia cordis ka
ritatis melle condire. Turbas frequentiam populorum uitare. et ut preconem suum fe
cisse didicerat uita solitaria in reclusione domino seruire. Qui locus in castro
Lauduno hactenus designatur et uenerabiliter colitur. In qua reclusione secun
dis successibus certatim sanctę conuersationis studiis. iustus adolescens domino mi
litauit. Et cum ad .xx. et duos ętatis suę annos peruenit. defuncto bannadio
archiepiscopo in hac urbe remensi. omnium generaliter uotis ad pontificii culmen
raptus fuisse dinoscitur. potius quam electus. Fit ergo concursus populi. diuersi
quidem sexus conditionis ac dignitatis nec non et ętatis. sed unius atque eiusdem